

SANCTI THOMAE DE AQUINO

OPERA OMNIA

IUSSU LEONIS XIII P. M. EDITA

TOMUS L


SUPER BOETIUM DE TRINITATE
EXPOSITIO LIBRI BOETII
DE EBDOMADIBUS

CURA ET STUDIO
FRATRUM PRAEDICATORUM

COMMISSIO LEONINA
Piazza Pietro d'Illiria, 1
00153 ROMA


LES ÉDITIONS DU CERF
29, Bd de Latour-Maubourg
75340 PARIS - CEDEX 07

1992





nude vat. lat. 9850 f. 101 ra 30 (Trin.)

(v. p. 28 n. 2)



ulpote vat. lat. 9850 f. 12 ra 10 (Gent.)

nature →



← nature !

vat. lat. 9850 f. 67 v (v. p. 207)

autem compositi uniuersalis, ut hominis aut
 130 animalis, includit in se materiam uniuersalem,
 non autem particularem, ut dicitur in VII Meta-
 phisice; unde intellectus communiter abstract a
 materia signata et conditionibus eius, non autem
 a materia communi in scientia naturali; quamuis
 135 etiam in scientia naturali non consideretur materia
 nisi in ordine ad formam, unde etiam forma per
 prius est de consideratione naturalis quam materia.

3. Ad tertium dicendum, quod de primo motore
 non agitur in scientia naturali tamquam de subiecto
 140 uel de parte subiecti, set tamquam de termino ad
 quem scientia naturalis perducit. Terminus autem
 non est de natura rei cuius est terminus, set habet
 aliquam habitudinem ad rem illam, sicut terminus
 lineae non est linea set habet ad eam aliquam
 145 habitudinem. Ita etiam et primus motor est
 alterius nature a rebus naturalibus, habet tamen
 ad eas aliquam habitudinem in quantum influit eis
 motum, et sic cadit in consideratione naturalis,
 scilicet non secundum ipsum set in quantum est
 150 motor.

4. Ad quartum dicendum, quod scientia est de
 aliquo dupliciter: uno modo primo et princi-
 paliter, et sic scientia est de rationibus uniuersa-
 libus supra quas fundatur; alio modo est de
 155 aliquibus secundo et quasi per reflexionem
 quandam, et sic de illis rebus quarum sunt ille
 rationes, in quantum illas rationes applicat ad res
 etiam particulares, quarum sunt amminiculo infe-
 riorum uirium: ratione enim uniuersali utitur
 160 sciens et ut re scita et ut medio sciendi, per
 uniuersalem enim hominis rationem possum iudi-
 care de hoc uel de illo. Rationes autem uniuersales
 rerum omnes sunt immobiles, et ideo quantum ad
 hoc omnis scientia de necessariis est; set rerum

quarum sunt ille rationes quedam sunt necessarie 165
 et immobiles, quedam contingentes et mobiles, et
 quantum ad hoc de rebus contingentibus et
 mobilibus dicuntur esse scientie.

5. Ad quintum dicendum, quod quamuis
 uniuersale non moueatur, est tamen ratio rei 170
 mobilis.

6. Ad sextum dicendum, quod anima et alie
 forme naturales quamuis non moueantur per se,
 mouentur tamen per accidens; et insuper sunt
 perfectiones rerum mobilium, et secundum hoc 175
 cadunt in consideratione naturalis. Terra uero
 quamuis secundum totum non moueatur, quod
 accidit ei in quantum est in suo loco naturali, in
 quo aliquid quiescit per eandem naturam per
 quam mouetur ad locum, tamen partes eius 180
 mouentur ad locum cum sunt extra locum pro-
 prium; et sic terra et ratione quietis totius, et
 ratione motus partium, cadit in consideratione
 naturalis.

7. Ad septimum dicendum, quod mutabilitas 185
 illa que competit omni creature, non est secundum
 aliquem motum naturalem set secundum depen-
 dentiam ad Deum; a quo si sibi desereretur,
 deficeret ab eo quod est. Dependens autem ista
 pertinet ad considerationem metaphisici potius 190
 quam naturalis. Creature etiam spirituales non
 sunt mutabiles nisi secundum electionem; et
 talis mutatio non pertinet ad naturalem set magis
 ad diuinum.

< Articulus tertius >

Ad tertium sic proceditur: uidetur quod
 mathematica consideratio non sit sine materia de

96 va

A 129 uniuersalis] ut non del. hominis del. *prae*m. A 133 eius] com *add.* pA 136 in] *litt. del. et eratam prae*m. A 142 non est
 in marg. m. al. A (cf. *Préf.* p. 28) 142 set] sicut terminus *prae*m. pA 145 motor] motus pA 146 a ex ad (cas) *puncto prae*m. A
 147 cas] ea A 153 scientia] etiam *prae*m. pA rerum mo *add.* pA est inter lin. A 160 sciens] scientia pA 166 et] qued(am)
*prae*m. pA 172 anima ex anime A 180 eius in marg. an *ipsius Tb. ? A* (cf. *Préf.* p. 28 et *Appar. crit.* ω) 181 mouentur]
 mouetur A 183 consideratione] -ationem A 188 desereretur...est (cf. *Préf.* p. 27) 189 est] sunt pA (cf. *Préf.* p. 27 et n. 3)

ω α = P⁴⁰L⁴V⁴Bo¹⁰ β = V⁴⁰P⁴T¹L⁴V⁴Bo⁴ 129 aut] uel β 133 conditionibus] a *prae*m. L⁴ β(-V⁴⁰V⁴) 136 etiam] et α pT¹
 140 de¹ om. β 144 ad eam *post* habitudinem β 145 etiam om. β est...naturalibus] habet aliquam habitudinem ad res naturales.
 est tamen alterius nature ab eis β 147 aliquam om. β 149 scilicet om. β 153 rationibus uniuersalibus *inv.* V⁴ β 154 supra]
 super V⁴ β(-V⁴⁰) 155 et quasi om. α(-V⁴) 156 sic] est *add.* α T¹Bo⁴ de illis rebus *inv.* V⁴ β quarum] est *prae*m. β(-T¹Bo⁴)
 160 medio] modo α(-L⁴) 161 possum] possunt β(-Bo⁴) 162 de² om. β uniuersales] ille β 163 immobiles] immateriales β
 166 immobiles] immateriales β 172 anima] anime pA α 176 uero] autem β 178 suo] *post* loco V⁴ om. β 179 aliquid A
 om. αβ 180 eius om. pA Bo¹⁰ β (cf. *Préf.* p. 28) 181 cum] quando Bo¹⁰ β 182 et² om. Bo¹⁰ β 183 ratione om. β 188 sibi
 om. L⁴V⁴ β 188 desereretur v. A] desererentur β (cf. *Préf.* p. 27) 189 deficeret] deficerent A β(-V⁴⁰) est v. A] sunt pA β (cf.
Préf. p. 27 et n. 3) 190 metaphisici] metaph. A metaphisice β(-Bo⁴) 191 etiam] enim β

131 Arist. *Metaph.* VII 10[10] (1035 b 27-31; AL XXV 2 p. 141). 188 a quo...ab eo quod est: cf. August. *De gen. ad litt.* IV c.12 n.22
 (PL 34, 304; CSEL 28-1, 108) et Gregor. *Moral.* XVI c.37 (PL 75, 1143 A; CCL 143 A, 825) sec. Thomam I *Par.* q.104 a.1.

Art. 3. 1-3 uidetur quod...in materia: cf. littera Boethii supra p. 69 lin. 74.

his que habent esse in materia. Cum enim ueritas consistat in adequatione rei ad intellectum, oportet
5 esse falsitatem quandocumque res consideratur aliter quam sit. Si ergo res que sunt in materia sine materia considerat mathematica, eius consideratio erit falsa, et sic non erit scientia, cum omnis scientia sit uerorum.

10 2. Preterea. Secundum Philosophum in I Posteriorum cuiuslibet scientie est considerare subiectum et partes subiecti. Set omnium materialium secundum esse materia pars est. Ergo non potest esse quod aliqua scientia consideret de his
15 que sunt in materia absque hoc quod materiam consideret.

3. Preterea. Omnes linee recte sunt eiusdem speciei. Set mathematicus considerat lineas rectas numerando eas, alias non consideraret triangulum
20 et quadratum; ergo considerat lineas secundum quod differunt numero et conueniunt specie. Set principium differendi his que secundum speciem conueniunt est materia, ut ex supra dictis patet. Ergo materia consideratur a mathematico.

25 4. Preterea. Nulla scientia que penitus abstrahit a materia demonstrat per causam materiale. Set in mathematica fiunt aliquae demonstrationes que non possunt reduci nisi ad causam materiale, sicut cum demonstratur aliquid de toto ex partibus : partes enim sunt materia totius, ut dicitur
30 in II Phisicorum; unde et in II Posteriorum reducitur ad causam materiale demonstratio qua demonstratur quod angulus qui est in semicirculo est rectus ex hoc quod utraque pars eius

est semirectus. Ergo mathematica non omnino
35 abstrahit a materia.

5. Preterea. Motus non potest esse sine materia. Set mathematicus debet considerare motum; quia cum motus mensuretur secundum spatium, eiusdem rationis et scientie uidetur esse considerare
40 quantitatem spatii, quod pertinet ad mathematicum, et quantitatem motus. Ergo mathematicus non omnino dimittit considerationem materie.

6. Preterea. Astrologia quedam pars mathematice est, et similiter scientia de spera mota, et
45 scientia de ponderibus, et musica, in quibus omnibus fit consideratio de motu et rebus mobilibus. Ergo mathematica non abstrahit totaliter a materia et motu.

7. Preterea. Naturalis consideratio tota est
50 circa materiam et motum. Set quedam conclusiones demonstrantur communiter a mathematico et naturali, ut utrum terra sit rotunda, et utrum sit in medio celi. Ergo non potest esse quod mathematica omnino abstrahat a materia. — Si
55 dicatur quod abstrahit tantum a materia sensibili, contra : materia sensibilis uidetur esse materia particularis, quia sensus particularium est, a qua omnes scientie abstrahunt; ergo mathematica consideratio non debet dici magis abstracta quam
60 aliqua aliarum scientiarum.

8. Preterea. Philosophus in II Phisicorum dicit tria esse negotia : primum est de mobili et corruptibili, secundum de mobili et incorruptibili, tertium
65 de immobili et incorruptibili. Primum
autem est naturale, tertium diuinum, secundum

A 7 considerat] considerat pA 14 consideret] considerat A 15 in] sine A 17 Preterea bis A 18 mathematicus mend. A
19 alias ex g imp. (ergo) A (cf. Append. p. 182 et n. 6) 23 supra] di(cis) praem. pA 24 mathematico mend. pA 27 mathematica
mend. pA 28 materiale mend. A 31 unde ex et A 32 demonstratio] demonstratur praem. pA 41 spatii] cont. del. in lo
praem. pA 44 Astrologia] astrolog (imp.) logia A 53 rotunda] rodunda pA (cf. Pref. p. 61) 58 particularis (cf. Pref. p. 61)
58 quia ex a (qua) A 61 aliqua in marg. m. al. A 62 Preterea] Set contra est quod philosophus praem. pA 64 mobili mend. pA
66 naturale] - lē pA

ω α = P⁰L⁰V⁰Bo¹⁰ β = V⁰P⁰T¹V⁰Bo⁰ 4 ad intellectum] et intellectus α (cf. Pref. p. 47) 5 falsitatem] falsam considerationem
post sit β(-V⁰) om. V⁰ 7 considerat] considerat pA considerantur ante sine β mathematica] mathematicus α in praem. β(-V⁰)
8 et...uerorum om. α 10 Preterea] Item V⁰ β 15 in scrips. cum Bo⁰] sine A αβ(-Bo⁰) (cf. Pref. p. 26) 17 Preterea] Item V⁰ β
18 rectas om. β 20 quadratum] quadrangulum L⁰V⁰ β 25 Preterea] Item V⁰ β 26 causam materiale inv. β(-Bo⁰) 28 ad] in β
28 causam materiale inv. β(-Bo⁰) 34 hoc] eo α V⁰ 35 est semirectus] rectus V⁰ spat. vac. + rectus p⁰p⁰V⁰ semirectus T¹ spat.
vac. pBo⁰ est recta sV⁰ 37 Preterea] Item V⁰ β 38 mathematicus] - cum P⁰T¹ debet] oportet P⁰T¹ habet Bo⁰ 40 esse om.
L⁰ β(-Bo⁰) 42 mathematicus] mathematica P⁰L⁰ 44 Preterea] Item V⁰ β 48 mathematica...motu] etc. β 50 Preterea] Item V⁰ β
52 communiter om. P⁰Bo¹⁰ 56 tantum] om. P⁰V⁰ post sensibili L⁰Bo¹⁰ V⁰ 61 aliqua] om. pA β(-sV⁰) consideratio sV⁰ (cf. Pref.
p. 28) 62 Preterea] Item V⁰ β 66 tertium diuinum post mathematicum α(-P⁰)

3 ueritas...ad intellectum : haec sententia quae communiter a Thoma (e.g. *De veris*, q. 1 a. 1 lin. 186) et aliis Scholasticis Isaac Israeli attribuitur
potius colligitur ex Avicenna *Metaph.* I c. 8 (ed. Van Riet p. 55) ut expresse dicunt Guill. Alvern. *De universo* I 3 c. 26 (ed. *Opera omnia* Parisiis 1674
p. 795) et Albertus *Super Sent.* I d. 46 a. 11 ad 1 (ed. Borgnet t. 2 p. 443). 10 Arist. *Anal. post.* I 18 (76 b 11-16; AL V 1-4 p. 24).
23 supra : q. 4 a. 2. 25 Preterea. Nulla... : cf. loc. par. Thomas *Exp. l. Posteriorum* II 9 lin. 69-136. 31 Arist. *Phys.* II 5 (195 a 16-20).
Arist. *Anal. post.* II 9 (94 a 20-34; AL IV 1-4 p. 85). Cf. *Metaph.* IX 12[10] (1051 a 26-29; AL XXV 2 p. 181). 37 Motus...materia : cf. Arist.
Metaph. IX 10[9] (1050 b 20-22; AL XXV 2 p. 179) cum Comment. Thomae ut hic supra a. 2 lin. 44. 44-47 Astrologia...mobilibus : cf.
Avicenna *Suffic.* I c. 8 (ed. Venetiis 1508 f. 18 sqq.); Albertus *Super Phys.* II tr. 1 c. 8 (ed. Borgnet t. 3 p. 109). 45 scientia de spera mota :
cf. Avicenna *Suffic.* I c. 8 (ed. Venetiis 1508 f. 18 sqq.); Albertus *Super Phys.* II tr. 1 c. 8 (ed. Borgnet t. 3 p. 109); *Super De caelo* II tr. 3 c. 4 (ed.
Col. t. 3-1 p. 148, 35) ubi allegatur Messahalla liber "De spbaera mota in quo loquitur de stellis et motibus eorum". 62 Arist. *Phys.* II 11
(198 a 29-31).

mathematicum, ut Ptolomeus exponit in principio Almagesti. Ergo mathematica est de mobilibus.

70 Set contra est quod Philosophus dicit in VI Metaphisice.

2. Preterea. Quedam res sunt que quamvis sint in materia, tamen non recipiunt in sui diffinitione materiam, ut curuum, et in hoc differt a
75 simo. Set philosophia debet de omnibus entibus considerare. Ergo oportet de huiusmodi esse

aliquam partem philosophie, et hec est mathematica, cum ad nullam aliam pertineat.

3. Preterea. Ea que sunt priora secundum intellectum possunt sine posterioribus considerari. 80
Set mathematica sunt priora naturalibus, que sunt in materia et motu: habent enim se ex additione ad mathematica, ut dicitur in III Celi et mundi. Ergo mathematica consideratio potest esse sine materia et motu. 85

Responsio. Dicendum, quod ad euidenciam 97 ra 4.

A 74 et] lin (?) *præm.* pA 77 partem] sc(ientiam) *præm.* pA est *inter lin.* A mathematica] ma^{ca}. c(um) *præm.* pA
81 mathematica] in *marg.* A naturalia pA (cf. *Præf.* p. 26) priora] posteriora A 86 Responsio] *hanc responsionem iterum et iterum incb. Tb. En verba delata*: — [-Responsio. dicendum. quod operario intellectus completur secundum hoc quod intellectus [-assi *del.*] conformatur intelligibili. vnde dicit algazel. quod scientia est assimilatio scientis ad rem scitam. et philosophus in XI metaphisice quod intellectus intelligit secundum transu[m]ptionem intelligibilis. contingit autem alicui aliquid assimilari non [-secundum totum *del.*] (totaliter *inter lin.*) set in parte. sicut melli assimilatur fel in rubedine non in dulcedine. et inde est quod ea que inveniuntur secundum rem coniuncta[-m] diuiduntur quandoque per operationem intellectus. vnde boetius in libro de epd. multa sunt que cum separari actu non possunt. animo tamen separantur et cogitatione. [-na-) sunt tamen quedam que nec [-ad inui *del.*] intellectu ab inuicem separari possunt. quod contingit propter ordinem quem habent ad inuicem in intelligendo. quedam enim sunt que simul [*mend.* pA] intelligenda [-o] occurrunt uel quia sunt penitus idem. ut homo et animal rationale. uel quia unum est de intellectu alterius. sicut que ad inuicem essentialiter referuntur ut [-unum ab *del.*] utrumque ab altero dependeat sicut pater et fili(s)us. quedam uero sunt quorum unum occurrit prius intelligendum quam aliud. et tunc primum potest intelligi sine priori (*sic*) posterius uero sine priori numquam. cum autem omne quod cognoscitur cognoscatur per formam per quam est in actu. in intelligendo forma primum est. forma autem duplex est scilicet forma totius que est [-ipsum compositum *del.*] ipsa quiditas uel essentia rei. et forma partis que est pars compositi (-cat]) [-non tamen omnia que sunt coniuncta secundum rem possunt separari per intellectum. quod contingit (uel) et ex parte rei intellecte et ex parte intellectus. ex parte quidem rei. quando duo talia proponuntur quorum unum in alio includitur. sicut animal includitur in homine et ideo quicumque intelligit hominem intelligit animal. set non e conuerso. ex parte autem [-intelligentis *del.*] intellectus. quando intellectus non habet uiam ad intelligendum aliquid (h)duorum nisi per hoc quod alterum intelligat. et sic cognitio unius dependet a cognitione alterius. quamvis unum in altero non includatur. / *fol. 97 ra* sicut substantia non includitur in essentia accidentis. et tamen accidens non potest cognosci nisi cognoscatur substantia. [-quia per essentiam *del.*] et hoc est in omnibus illis *del.*] [-non tamen intellectus potest inter quolibet duo separare. quod contingit ex hoc quod unum eorum secundum hoc quod intellectui subiacet. ad alterum dependet. unumquodque autem per essentiam suam sub intellectu cadit. quia obiectum intellectus est quid. ut dicitur in tertio de anima. et ideo quicumque dependet ab altero secundum suam essentiam non potest sine illo intelligi. et inde est quod homo non potest intelligi sine animali. quia animal est essentia hominis. nec pater sine filio. quia essentia relatiui (cf. *Præf.* p. 65) est quod referatur ad aliud. et sic in omnibus aliis est uidere. essentia autem est essendi principium. vnde secundum quod aliquid sine altero esse potest uel non potest sic secundum suam essentiam et per consequens secundum intellectum dependet ab illo uel non dependet. et ideo quod potest inueniri sine aliquo potest intelligi sine illo quod autem non potest sine aliquo inueniri nec sine illo intelligi potest. dummodo hoc sit ei per se quod sine illo inueniri non possit et non per accidens sicut solis natura non potest inueniri nisi in isto sole *del.*] — [-Responsio. dicendum. quod ad euidenciam huius questionis oportet [-scire *del.*] uidere diuersos modos abstractionis (*sic*) qua intellectus abstraere dicitur. et rationes eorum. sciendum est igitur quod intellectus habet duas actiones ut dicitur in tertio de anima vnam quidem qua intellectus considerat simplicem quiditatem rei. aliam qua componit et diuidit. secundum igitur primam operationem intellectus abstraere dicitur [-quando *del.*] aliquid altero. quando quiditatem unius intelligit sine hoc quod aliquam considerationem habet de alio. quod quidem tunc fieri potest quando unius essentia non dependet ab essentia (*sic*) alterius. eo quod huiusmodi actio ad essentiam [-alterius *del.*] rei respicit. quod quidem contingit quando due res nullum habent ordinem ad inuicem. uel quando [-est alia re prior *del.*] (sunt ordinate *inter lin.*). set quando due res non habent aliquem ordinem ad inuicem quamvis de una earum intelligatur quid est sine intellectu alterius non tamen dicitur abstractio sicut sine (*sic*) intell[ectus] lapidem sine intellectu animalis. tunc autem proprie dicitur abstractio per intellectum fieri. quando ad inuicem ordinate sunt et coniuncte in rerum natura. potest autem autem (*sic*) ordo [-duorum *del.*] (unius ad alterum *in marg.*) attendi in triplici habitudine. essentia enim unius rei uel est prior essentia alterius uel posterior uel simul. *del.*] — [-Responsio. dicendum. quod ad euidenciam huius questionis distinguere oportet modos quibus intellectus abstraere dicitur. *del.*]

ω α = P^uL^uV^uBo^u β = V^uP^uT^uV^uBo^u 68 mathematica...mobilibus] etc. β 72 Preterea] Item V^u β 73 tamen non *inv.* β
75 philosophia debet] philosophie est β 76 huiusmodi A] hoc α(-Bo^u) Bo^u hoc ente Bo^u β(-V^uBo^u) ente V^u (cf. *Præf.* p. 26)
77 aliquam partem *inv.* β(-Bo^u) philosophie *om.* β 79 Preterea] Item V^u β 81 priora] posteriora A P^uBo^u (cf. *Præf.* p. 26)
85 materia et motu *inv.* β 86 Dicendum, quod *om.* β(-Bo^u)

67 Ptolomeus *Almagestum* (i.e. *Syntaxis mathematica*) I c.1 (ed. Heiberg p. 5, 13-6, 9-11) sec. versionem greco-lat. (Vat. lat. 2056 f. 1 v : "omnium quidem primi motus primam causam si quis excipiat secundum simplex. deum inuisibilem et immobilem utique estimabit. huiusque species quesitiua theologicum. sursum alicubi circa eleuatissima mundi huiusmodi operatione intellecta utique solum semelque a sensibilibus substantiis segregari. Materialis uero semperque mote qualitatis scrutatiua species que circa album et calidum et dulce et molle. / (f. 2 r) et similia uersatur. physica utique nominabitur. huiuscemodi in essentia in corruptibilibus ut in pluribus et sublunari spera conuersante. Verum eius que secundum species motusque transitorios attenditur qualitatis declaratiua species. figure scilicet multitudinis et magnitudinis. ampliusque loci et temporis et similium quesitiua existens. quasi mathematica determinabitur. huiuscemodi essentia quasi inter illa duo cadente...illis autem que sempiterna ethereque nature coobseruans immobilem speciei immutabilitatem"). 70 Arist. *Metaph.* VI 1[1] (1026 a 14; AL XXV 2 p. 117).
72-75 Quedam...simo: cf. Arist. *Metaph.* VI 1[1] (1025 b 32-34; AL XXV 2 p. 117). 83 Arist. *De caelo* III 3 (299 a 16). 86 Responsio. Dicendum quod...: loc. parall. *Sent. libri De anima* III 2[8]; *Super Phys.* II 3 n.5.

huius questionis oportet <uidere> qua<liter> intel-
lectus secundum suam operationem abstraere
possit. Sciendum est igitur quod secundum
90 Philosophum in III De anima duplex est operatio
intellectus : una que dicitur intelligentia indiu-
sibilium, qua cognoscit de unoquoque quid
est, alia uero qua componit et diuidit, scilicet
enuntiationem affirmatiuam uel negatiuam for-
95 mando.

Et hee quidem due operationes duobus que
sunt in rebus respondent. Prima quidem operatio
respicit ipsam naturam rei, secundum quam res
intellecta aliquem gradum in entibus obtinet, siue
97 *rb* 100 sit res completa, ut totum ¹ aliquod, siue res
incompleta, ut pars uel accidens. Secunda uero
operatio respicit ipsum esse rei ; quod quidem
resultat ex congregatione principiorum rei in
compositis, uel ipsam simplicem naturam rei
105 concomitatur, ut in substantiis simplicibus. Et
quia ueritas intellectus est ex hoc quod confor-
matur <rei>, patet quod secundum hanc secundam
operationem intellectus non potest uere abstraere
quod secundum rem coniunctum est ; quia in
110 abstraendo significaretur esse separatio secundum
ipsum esse rei, sicut si abstraio hominem ab
albedine dicendo ' homo non est albus ', significo
esse separationem in re, unde si secundum rem
homo et albedo non sint separata, erit intellectus
115 falsus. Hac ergo operatione intellectus uere
abstraere non potest nisi ea que sunt secundum
rem separata, ut cum dicitur ' homo non est
asinus '.

Set secundum primam operationem potest ab-
120 straeere ea que secundum rem separata non sunt,
non tamen omnia, set aliqua. Cum enim unaqueque
res sit intelligibilis secundum quod est in actu, ut

dicitur in IX Metaphisice, oportet quod ipsa
natura siue quiditas rei intelligatur uel secundum
quod est actus quidam, sicut accidit de ipsis formis 125
et substantiis simplicibus, uel secundum id quod
est actus eius, sicut substantie composite per
suas formas, uel secundum id quod est ei loco
actus, sicut materia prima per habitudinem ad
formam et uacuum per priuationem locati ; et hoc 130
est illud ex quo unaqueque natura suam rationem
sortitur. Quando ergo secundum hoc per quod
constituitur ratio nature et per quod ipsa natura
intelligitur, natura ipsa habet ordinem et depen-
dentiam ad aliquid aliud, tunc constat quod 135
natura illa sine illo alio intelligi non potest, siue
sint coniuncta coniunctione illa qua pars coniu-
gitur toti, sicut pes non potest intelligi sine
intellectu animalis, quia illud a quo pes habet
rationem pedis dependet ab eo a quo animal est 140
animal ; siue sint coniuncta per modum quo
forma coniungitur materie, ut pars comparti uel
accidens subiecto, sicut simum non potest intel-
ligi sine naso ; siue etiam sint secundum rem
separata, sicut pater non potest intelligi sine 145
intellectu filii, quamuis iste relationes inueniantur
in diuersis rebus. Si uero unum ab altero non
dependeat secundum id quod constituit rationem
nature, tunc unum potest ab altero abstrahi per
intellectum ut sine eo intelligatur non solum si 150
sint separata secundum rem, sicut homo et lapis,
set etiam si secundum rem coniuncta sint, siue ea
coniunctione qua pars et totum coniunguntur,
sicut littera potest intelligi sine sillaba set non e
conuerso, et animal sine pede set non e conuerso ; 155
siue etiam sint coniuncta per modum quo forma
coniungitur materie et accidens subiecto, sicut
albedo potest intelligi sine homine et e conuerso.

A 87 uidere] *om.* A (*cf. Appar. crit. ω*) qualiter] qua *vel* quo A 89 Sciendum] S *praem.* pA 98 respicit] ipa (*ipsam*)
praem. pA 101 uero] op(eratio) *praem.* pA 107 rei in initio *lin. om.* A 110 separatio] abstractio *praem.* pA 111 hominem]
able (*pro* albedinem) *praem.* pA (*cf. Préf. p. 65*) 139 animalis] ali(orum) *praem.* pA 141 siue *bis* A 142 ut] s *imp.* (*siue*)
praem. pA 152 set] sic(ut) *praem.* pA 153 coniunguntur] et non *del.* *praem.* A 158 e] con (?) *praem.* pA

ω α = P⁴L⁴V⁴Bo¹⁰ β = V⁴P⁴T¹V⁴Bo⁸ 87 uidere *scrips. cum α*] *om.* A scire β (*cf. Préf. p. 27 et p. 62*) qualiter *scrips. cum*
α] qua *vel* quo A quomodo β(-V⁴) quando V⁴ (*cf. Préf. ibidem*) 88 secundum] per V⁴ β 89 possit] potest V⁴ β igitur]
enim α (*cf. Préf. p. 62*) 90 in *om.* β(-T¹Bo⁸) 92 unoquoque] unaquaque re β 98 res] aliqua *praem.* β 100 res] *om.* L⁴ β
post incompleta Bo¹⁰ 101 uero *om.* β(-V⁴) 102 quod] secundum *praem.* L⁴ β quidem *om.* β 103 congregatione A] cogni-
tione P⁴Bo¹⁰ aggregatione L⁴ compositione V⁴ aggregatione β 107 rei] *om.* A suppl. αβ 108 non potest *post* abstraere β
110 significaretur] significatur β 111 ipsum] *om.* α(-V⁴) *post* esse P⁴Bo⁸ 113 esse *om.* α(-Bo¹⁰) 114 sint] sunt V⁴Bo¹⁰ β
115 ergo] igitur β 116 abstraere] separare β 122 in *om.* β(-V⁴) 123 in *om.* β(-Bo⁸) IX] .x. β (*cf. Préf. p. 23 n. 3*)
128 suas formas *inv.* β ei *om.* β 132 per *om.* β(-T¹sP⁴) 134 natura ipsa *om.* β(-V⁴) 137 sint] sit Bo¹⁰ β(-Bo⁸) *om.* Bo⁸
139 illud] id L⁴Bo¹⁰ β(-T¹Bo⁸) 140 a *om.* α(-Bo¹⁰) 141 sint] sit Bo¹⁰ etiam sit β 142 ut *v.* A] sicut αβ comparti] cum
parti P⁴ non *liq.* pL⁴ compositi parti Bo¹⁰ cum parte V⁴ compositi β(-V⁴) 146 iste] ille V⁴ β 149 potest] ante unum P⁴V⁴ *post*
altero Bo¹⁰ 151 homo] *om.* P⁴ animal V⁴

90 Arist. *De anima* III 5[11] (430 a 26-28).

123 Arist. *Metaph.* IX 12[10] (1051 a 30-32 ; AL XXV 2 p. 181).

97 ⁹⁸ 4 Sic ergo intellectus distinguit unum ab altero
 160 aliter et aliter secundum diuersas operationes :
 quia secundum operationem qua componit et
 diuidit distinguit unum ab alio per hoc quod
 intelligit unum alii non inesse, in operatione uero
 qua intelligit quid est unumquodque, distinguit
 165 unum ab alio dum intelligit quid est hoc, nichil
 intelligendo de alio, neque quod sit cum eo, neque
 quod sit ab eo separatum; unde ista distinctio
 non proprie habet nomen separationis, set prima
 tantum. Hec autem distinctio recte dicitur ab-
 170 stractio, set tunc tantum quando ea quorum unum
 sine altero intelligitur sunt simul secundum rem :
 non enim dicitur animal a lapide abstrai si animal
 absque intellectu lapidis intelligatur. Vnde cum
 abstractio non possit esse proprie loquendo nisi
 175 coniunctorum in esse, secundum duos modos
 coniunctionis predictos, scilicet quo pars et
 totum uniuntur, uel forma et materia, duplex est
 abstractio : una qua forma abstrahitur a materia,
 alia qua totum abstrahitur a partibus.
 180 Forma autem illa potest a materia aliqua
 abstrai, cuius ratio essentie non dependet a tali
 materia, ab illa autem materia non potest forma
 abstrai per intellectum a qua secundum sue
 essentie rationem dependet; unde cum omnia
 185 accidentia comparentur ad substantiam subiectam
 sicut forma ad materiam, et cuiuslibet accidentis
 ratio dependeat ad substantiam, impossibile est
 aliquam talem formam a substantia separari.
 Set accidentia superueniunt substantie quodam
 190 ordine : nam primo aduenit ei quantitas, deinde
 qualitas, deinde passionem et motus. Vnde quan-
 titas potest intelligi in materia subiecta antequam
 intelligantur in ea qualitates sensibiles, a quibus

dicatur materia sensibilis; et sic secundum ratio-
 nem sue substantie non dependet quantitas a 195
 materia sensibili, set solum a materia intelligibili :
 substantia enim remotis accidentibus non manet
 nisi intellectu comprehensibilis, eo quod sensitiue
 potentie non pertingunt usque ad substantie
 comprehensionem. Et de huiusmodi abstractis est 200
 mathematica, que considerat quantitates et ea que
 quantitates consequuntur, ut figuras et huiusmodi.

Totum etiam non a quibuslibet partibus abstrai
 potest. Sunt enim quedam partes ex quibus ratio
 totius dependet, quando scilicet hoc est esse tali 205
 toti quod ex talibus partibus componi, sicut se
 habet sillaba ad litteras, et mixtum ad elementa ;
 et tales partes dicuntur partes speciei et forme,
 sine quibus totum intelligi non potest, cum
 ponantur in eius diffinitione. Quedam uero partes 210
 sunt que accidunt toti in quantum huiusmodi,
 sicut semicirculus se habet ad circulum : accidit
 enim circulo quod sumantur per diuisionem due
 eius partes equales uel inequales, uel etiam plures,
 non autem accidit triangulo quod in eo desi- 215
 gnentur tres linee, quia ex hoc triangulus est
 triangulus. Similiter etiam per se competit homini
 quod inueniatur in eo anima rationalis et corpus
 compositum ex quatuor elementis, unde sine his
 partibus homo intelligi non potest, set hec oportet 220
 poni in diffinitione eius, unde sunt partes speciei
 et forme; set digitus, pes, et manus, et alie
 huiusmodi partes sunt post intellectum hominis,
 unde ex eis ratio essentialis hominis non dependet,
 et ideo sine his intelligi potest : siue enim habeat 225
 pedes siue non, dummodo ponatur coniunctum
 ex anima rationali et corpore mixto ex elementis
 propria mixtione quam requirit talis forma,

A 159 Sic] patet ergo quod triplex est abstractio qua intellectus abstrahit. prima quidem secundum operationem operationem (sic) secun-
 dam intellectus qua componit et diuidit. et sic intellectum abstrahere nichil est aliud / 97 ⁹⁸ <quam> hoc non esse in hoc. abstrahere uero
 secundum aliam operationem intellectus nichil est aliud quam intelligere quid est hoc sine intellectu alicuius quod est ei in esse rei coniunc-
 tum. quandoque quidem coniunctione forme ad materiam uel accidentis ad subiectum *pram.* pA 159 distinguit] tripliciter *pram.* pA
 160 et] s(ecundum) *pram.* pA 161 qua in *arg.* A 162 distinguit] separa(t) *pram.* pA 166 sit] sint pA 185 comparentur]
 dependea(nt) *pram.* pA 193 sensibiles] -lis A 197 remotis] remota pA 205 a] ab pA 209 non] p *imp.* (potest) *pram.* pA
 209 cum...diffinitione] in *arg.* A 210 in] in qua(libet?) *add. sup. lin. et del.* A 212 accidit] accit A 217 per] quod *pram.* pA
 218 quod] com(po-) *pram.* pA inueniatur] componatur *pram.* pA rationalis] et corpus *pram.* pA 219 quatuor] talibus *del.* a
pram. pA 223 hominis] int *pram.* pA 225 ideo (cf. *Préf.* p. 62) 227 mixto] tali *pram.* pA

ω α = P⁹⁸L⁹⁸V⁹⁸Bo⁹⁸ β = V⁹⁸P⁹⁸T⁹⁸V⁹⁸Bo⁹⁸ 159 ergo] igitur β 161 operationem] illam β(-V⁹⁸) om. V⁹⁸ 171 altero] alio β(-V⁹⁸Bo⁹⁸)
 175 in esse] secundum rem V⁹⁸ β 176 quo] qua β 177 uniuntur] coniungitur β(-Bo⁹⁸P⁹⁸) coniunguntur Bo⁹⁸P⁹⁸ uel] siue β(-V⁹⁸)
 179 abstrahitur om. β 180 aliqua om. β 185 subiectam A] om. αβ (cf. *Préf.* p. 25) 192 materia subiecta A] substantia αβ (cf.
Préf. ibid.) 195 substantie] essentie α 196 solum] post intelligibili V⁹⁸ tantum post intelligibili β(-T⁹⁸) tantum T⁹⁸ a materia]
 om. β(-P⁹⁸) ab P⁹⁸ 197 manet] remanet β 198 intellectus] in *pram.* β(-Bo⁹⁸V⁹⁸) sensitiue A Bo⁹⁸ sensibiles est. 200 huiusmodi]
 hiis β 202 figuras] figura β 204 ex] a β 205 tali toti *inv.* Bo⁹⁸ β 207 sillaba ad litteras] littera ad sillabam T⁹⁸ litteras]
 litteram Bo⁹⁸ β(-T⁹⁸) 217 per v. A] quod *pram.* L⁹⁸ β(-pT⁹⁸Bo⁹⁸) 218 quod] ut *pram.* β(-Bo⁹⁸) 221 eius] hominis β 222 et⁹⁸
 om. L⁹⁸ β(-T⁹⁸) 222 alie om. β 224 eis] hiis L⁹⁸ illis β 225 et ideo *scrips. cum α* unde β (v. A) 226 dummodo] dum tamen β
 227 mixto ex] composito ex quatuor β 228 mixtione] commixtione β

196 materia sensibili...materia intelligibili : cf. Arist. *Metaph.* VII 10[10] (1036 a 9-12 ; AL XXV 2 p. 142).
 cf. *Super Metaph.* V 29[21].

208 partes speciei et forme :

97 pb
 230¹ erit homo. Et hee partes dicuntur partes materie,
 que non ponuntur in diffinitione totius, set
 magis e conuerso; et hoc modo se habent ad
 hominem omnes partes signate, sicut hec anima,
 et hoc corpus, et hic unguis, et hoc os, et huius-
 modi: hec enim partes sunt quidem partes essentie
 235 Sortis et Platonis, non autem hominis in quantum
 homo, et ideo potest homo abstrai per intellectum
 ab istis partibus. Et talis abstractio est uniuersalis
 a particulari.

Et ita sunt due abstractiones intellectus: una
 240 que respondet unioni forme et materie uel acci-
 dentis et subiecti, et hec est abstractio forme a
 materia sensibili; alia que respondet unioni totius
 et partis, et huic respondet abstractio uniuersalis
 a particulari, que est abstractio totius in quo
 245 consideratur absolute natura aliqua secundum
 suam rationem essentialem, ab omnibus partibus
 que non sunt partes speciei set sunt partes acciden-
 tales. Non autem inueniuntur abstractiones eis
 opposite, quibus pars abstraatur a toto uel
 250 materia a forma; quia pars uel non potest abstrai
 a toto per intellectum si sit de partibus materie
 in quarum diffinitione ponitur totum, uel potest
 etiam sine toto esse si sit de partibus speciei, sicut
 linea sine triangulo, uel littera sine sillaba, uel
 255 elementum sine mixto.

In his autem que secundum esse possunt esse
 diuisa magis habet locum separatio quam abstrac-
 tio. Similiter autem cum dicimus formam abstrai
 a materia non intelligitur de forma substantiali,
 260 quia forma substantialis et materia sibi corres-
 pondens dependent ad inuicem, ut unum sine
 alio non possit intelligi, eo quod proprius actus
 in propria materia fit; set intelligitur de forma
 accidentali, que est quantitas et figura, a qua

quidem materia sensibilis per intellectum abstrai 265
 non potest, cum qualitates sensibiles non possint
 intelligi non preintellecta quantitate, sicut patet
 in superficie et colore; nec etiam potest intelligi
 esse subiectum motus quod non intelligitur
 quantum. Substantia autem, que est materia 270
 intelligibilis quantitatis, potest esse sine quanti-
 tate; unde considerare substantiam sine quantitate
 magis pertinet ad genus separationis quam abstrac-
 tionis.

Sic ergo in operatione intellectus triplex dis- 275
 tinctio inuenitur: una secundum operationem
 intellectus componentis et diuidentis, que sepa-
 ratio dicitur proprie, et hec competit scientie
 diuine siue metaphisice; alia secundum opera-
 tionem qua formantur quiditates rerum, que est 280
 abstractio forme a materia sensibili, et hec
 competit mathematice; tertia, secundum eandem
 operationem, uniuersalis a particulari, et hec
 competit etiam phisice et est communis omnibus
 scientiis, quia in omni scientia pretermittitur quod 285
 per accidens est et accipitur quod per se est.
 Et quia quidam non intellexerunt differentiam
 duarum ultimarum a prima, inciderunt in errorem
 ut ponerent mathematica et uniuersalia a sensi-
 bilibus separata, ut Pittagoras et Platonici. 290

1. Ad primum ergo dicendum, quod mathema-
 ticus abstraens non considerat rem aliter quam
 sit: non enim intelligit lineam esse sine materia
 1 sensibili, set considerat lineam et eius passiones
 sine consideratione materie sensibilis; et sic non 295
 est dissonantia inter intellectum et rem, quia
 etiam secundum rem id quod est de natura linee
 non dependet ab eo quod facit materiam esse
 sensibilem, set magis e conuerso. Et sic patet quod

A 233 unguis coni.] ignis A hoc] os et ca *pram.* pA 240 unioni] in *mag.* A compositioni pA 241 et hec] alia que *pram.* pA
 242 unioni] inter *lin.* A compositioni pA 244 in quo] a partibus *del.* quod habet *abs(olute)* *pram.* pA 247 que] materiali(bus)
pram. pA 251 per] si sit de *pram.* pA 252 in ex q A quarum] quorum pA 260 quia] set *pram.* pA 265 abstrai]
 distingui *pram.* pA 266 non...intelligi *bis* pA 272 quantitate] materia i *pram.* pA 279 alia] secunda *pram.* pA 285 omni
mend. ex sci(entia) A (*cf. Pref. p. 23 et 62*) 288 duarum ultimarum a prima *vel* -orum -orum a primo A 289 ut ponerent *bis* A
 294 lineam] *cam>ea* q *pram.* pA

ω α = P²L⁴V³Bo¹⁰ β = V²P²T¹V³Bo³ 229 erit] est β 233 et hic unguis *coni.*] et hic ignis A α(-V³) *om.* V³ β (*cf. Pref. p. 27*
n. 1) 234 sunt] que *pram.* β(-P²V³) quidem partes *inv.* β(-V²V³) essentie *om.* β 235 autem] tamen β 236 homo] est
pram. β 237 istis A] hiis α illis β 240 uel] *om.* β(-V²Bo³) et V²Bo³ 241 est abstractio *inv.* α(-L⁴) 244 quo] qua P²V³
 250 uel *om.* V³ β 251 per intellectum *om.* P²Bo¹⁰ 262 alio] altero β 266 possint] possunt P²pL⁴ β(-P²Bo³) 271 quantitas
om. β 271 potest esse] *inv.* β(-Bo³) potest intelligi Bo³ 275 ergo] igitur β 277 intellectus *om.* β 280 formantur] format α(-L⁴)
 β(-T¹) 281 forme] rerum L⁴ *om.* β 286 est] *om.* V³ ante per accidens L⁴ β per se est *inv.* β 288 duarum ultimarum a
 prima *v. A*] -orum -orum a primo β 290 Pittag. A (*cf. Pref. p. 27 n. 6 et p. 62*) pythagorici P² pictagorici *est.* α pitagoras β(-P²Bo³)
 pictagoras P² pyctagoras Bo³ 291 ergo] igitur β(-T¹Bo³) 292 rem] *post* aliter V³ *om.* β 294 et] per β

229 partes materie: *cf. Super Metaph. V 29[21].* 262 proprius actus...fit: *cf. Arist. De anima II 4 (414 a 25-27).* 290 Pythagoras ut
 referunt Albertus *Super Phys. II tr.1 c.8* (ed. Borgnet t. 3 p. 108) et Thomas *Super Metaph. I 8[10].* 290 Platonici ut refert *Arist. Phys. II 3*
 (193 b 35 - 194 a 1) cum Comm. Thomae. *Cf. Thomas Super Metaph. I 8[10] et Sent. libri De anima III 6[12]* (ed. Leon. t. 45-1 p. 234).

300 abstraentium non est mendacium, ut dicitur in II Phisicorum.

2. Ad secundum dicendum, quod materiale dicitur non solum id cuius pars est materia, set etiam illud quod in materia esse habet. Secundum 305 quem modum linea sensibilis materiale quoddam dici potest, unde per hoc non prohibetur quin linea sine materia intelligi possit : non enim materia sensibilis comparatur ad lineam sicut pars, set magis sicut subiectum in quo esse 310 habet ; et similiter est de superficie et corpore : non enim mathematicus considerat corpus quod est in genere substantie prout eius pars est materia et forma, set secundum quod est in genere quantitatis tribus dimensionibus perfectum, 315 et sic comparatur ad corpus quod est in genere substantie, cuius pars est materia phisica, sicut accidens ad subiectum.

3. Ad tertium dicendum, quod materia non est principium diuersitatis secundum numerum nisi 320 secundum quod in multas partes diuisa in singulis partibus formam recipiens, eiusdem rationis plura indiuidua eiusdem speciei constituit. Materia autem diuidi non potest nisi presupposita quantitate, qua remota omnis substantia indiuisibilis 325 remanet. Et sic prima ratio diuersificandi ea que sunt unius speciei est penes quantitatem. Quod quidem quantitati competit in quantum in sui ratione situm quasi differentiam constitutiuam habet, qui nichil est aliud quam ordo partium ; 330 unde etiam abstracta quantitate a materia sensibili per intellectum, adhuc contingit ymaginari diuersa secundum numerum unius speciei, sicut plures triangulos equilateros, et plures lineas rectas equales.

4. Ad quartum dicendum, quod mathematica 335 non abstrauntur a qualibet materia, set solum a materia sensibili. Partes autem quantitatis, a quibus demonstratio sumpta quodammodo a causa materiali uidetur sumi, non sunt materia sensibilis set pertinent ad materiam intelligibilem, 340 que etiam in mathematicis inuenitur, ut patet in VII Metaphisice.

5. Ad quintum dicendum, quod motus secundum naturam suam non pertinet ad genus quantitatis set participat aliquid de natura quantitatis 345 aliunde secundum quod diuisio motus sumitur uel ex diuisione spatii uel ex diuisione mobilis ; et ideo considerare motus non pertinet ad mathematicum, set tamen principia mathematica ad motum applicari possunt. Et ideo secundum hoc 350 quod principia quantitatis ad motum applicantur, naturalis considerat de diuisione et continuitate motus, ut patet in VI Phisicorum ; et in scientiis mediis inter mathematicam et naturalem tractatur de mensuris motuum, sicut in scientia de spera 355 mota et in astrologia.

6. Ad sextum dicendum, quod in compositis simplicia saluantur et proprietates eorum, licet per alium modum, sicut proprie qualitates elementorum et motus ipsorum proprii inueniuntur in 360 mixto ; quod autem est compositorum proprium non inuenitur in simplicibus. Et inde est quod quanto aliqua scientia est abstractior et simpliciora considerans, tanto eius principia sunt magis applicabilia aliis scientiis : unde principia mathe- 365 maticae <sunt> applicabilia naturalibus rebus, non autem e conuerso, propter quod phisica est ex suppositione mathematicae, set non e conuerso, ut patet in III Celi et mundi. Et inde est quod de

98 rb

A 300 dicitur ex in A (cf. *Préf.* p. 62) 302 materiale] materia pA 306 unde] nichil tamen prohibet hanc lineam sine materia
 praem. pA 307 non] cum materia non comparatur ad lineam et huiusmodi sicut pars *add. in marg. et del.* A Ad tertium dicendum
 praem. pA 308 materia] linea praem. pA 310 et] inter lin. A et ideo pA 311 quod] cuius non del. su(bet-) praem. pA 313 forma]
 m praem. pA 323 presupposita] ex praem. pA 324 qua] qua remota omnia essent unum ens praem. pA 341 etiam ex in A
 343 secundum] non pertinet ad considerationem mathematici praem. pA 351 quantitatis] motus praem. pA motum] motus pA
 351 applicantur] adpl praem. pA 358 proprietates] -tates pA 359 modum] motum pA 366 sunt om. A naturalibus rebus]
 in marg. A mathematicis pA 369 quod] de praem. pA

ω $\alpha = P^{\omega}L^{\omega}V^{\omega}Bo^{\omega}$ $\beta = V^{\omega}P^{\omega}T^{\omega}V^{\omega}Bo^{\omega}$ 300 dicitur v. A] habetur α 303 id] illud $\alpha(-L^{\omega})$ 304 illud] id P^{ω} β 309 magis
 om. β 310 et] om. pA α est] etiam L^{ω} om. β 323 presupposita] ex praem. pA $\alpha\beta$ 324 omnis substantia inv. V^{ω} β 329 qui
 A V^{ω} quia P^{ω} quod $L^{\omega}Bo^{\omega}$ $\beta(-T^{\omega}V^{\omega})$ que $T^{\omega}V^{\omega}$ 329 est aliud inv. β ordo] uel diuisio *add.* L^{ω} diuisio β 332 plures] omnes β
 336 abstrauntur] abstrahit L^{ω} β 338 a] sicut praem. $L^{\omega}Bo^{\omega}$ β 339 uidetur sumi inv. $\beta(-V^{\omega})$ 341 etiam om. β 346 diuisio]
 differentia β 347 uel om. $L^{\omega}Bo^{\omega}$ β 348 motus A] motum $\alpha\beta$ 360 et...proprii om. β 361 autem] tamen β 362 Et inde]
 unde β 363 aliqua scientia inv. $\beta(-Bo^{\omega})$ est] ante aliqua V^{ω} om. β abstractior] abstractioniora β 364 considerans] considerat β
 365 mathematicae] mathematica α T^{ω} 366 sunt] om. A post applicabilia α rebus om. β

301 Arist. *Phys.* II 3 (193 b 35). 324 qua remota...remanet : cf. Arist. *Phys.* I 3 (185 a 33 et b 16) sec. Thomam I *Par.* q. 50 a. 2 et *Cons.*
Gent. IV c. 65. 328 situm...partium : cf. Arist. *Metaph.* V 24[20] (1022 b 1-3). 342 Arist. *Metaph.* VII 10[10] (1036 a 9-12 ; AL XXV 2
 p. 142). 346 diuisio motus...mobilis : cf. Arist. *Phys.* VI 6 (234 b 21). 353 Arist. *Phys.* VI 2-6 (231 b 21 - 235 b 35). scientiis mediis :
 cf. Thomas *Exp. l. Posteriorum* I 41, lin. 31-48 (ed. Leon. I^a-2 p. 151-152) ; *Super Phys.* II 3 n. 8 (ed. Leon. t. 2 p. 63) ; *Super Metaph.* I 11 [13].
 369 Arist. *De caelo* III 3 (299 a 13-17). 369 Et inde est quod... : loc. parall. *Exp. l. Posteriorum* I 41, lin. 31-48 (ed. Leon. I^a-2 p. 151-152) ;
Super Phys. II 3 n. 8 et 9 (ed. Leon. t. 2 p. 63) ; *Super De caelo* I 3 n. 6 (ed. Leon. t. 3 p. 10) ; *Super Metaph.* IV 3[2].

370 rebus naturalibus et mathematicis tres ordines
scientiarum inueniuntur : quedam enim sunt
pure naturales, que considerant proprietates rerum
naturalium in quantum huiusmodi, sicut physica
et agricultura et huiusmodi ; quedam uero sunt
375 pure mathematice, que determinant de quanti-
tibus absolute, sicut geometria de magnitudine,
et arismetica de numero ; quedam uero sunt medie,
que principia mathematica ad res naturales appli-
cant, ut musica, astrologia, <et> huiusmodi. Que
380 tamen magis sunt affines mathematicis, quia in
earum consideratione id quod est physicum est
quasi materiale, quod autem est mathematicum
est quasi formale, sicut musica considerat sonos
non in quantum sunt soni, set in quantum sunt
385 secundum numeros proportionabiles, et similiter
est in aliis ; et propter hoc demonstrant conclu-
siones suas circa res naturales, set per media
mathematica. Et ideo nichil prohibet si in
quantum cum naturali communicant, materiam
390 sensibilem respiciunt : in quantum enim cum
mathematica communicant, abstracte sunt.

7. Ad septimum dicendum, quod quia scientie
medie de quibus dictum est, communicant cum
naturali secundum id quod in earum conside-
395 ratione est materiale, differunt autem secundum
id quod in earum consideratione est formale, ideo
nichil prohibet has scientias cum naturali habere
interdum easdem conclusiones, non tamen per
eadem demonstrant, nisi secundum quod scientie
400 sunt immixte et una interdum utitur eo quod est
alterius ; sicut rotunditatem terre naturalis probat
ex motu grauium, astrologus autem per conside-
rationem lunarium eclipsium.

8. Ad octauum dicendum, quod sicut dicit
405 Commentator ibidem, Philosophus non intendit

ibi distinguere scientias speculatiuas, quia de
quolibet mobili, siue sit corruptibile siue incorrup-
tibile, determinat naturalis, mathematicus autem
in quantum huiusmodi non considerat aliquod
mobile. Intendit autem distinguere res de quibus 410
scientie speculatiue determinant, de quibus seor-
sum et secundum ordinem agendum est, quamuis
illa tria genera rerum tribus scientiis appropriari
possint. Entia enim incorruptibilia et immobilia
precise ad metaphisicum pertinent, entia uero 415
mobilia et incorruptibilia propter sui uniformi-
tatem et regularitatem possunt determinari quan-
tum ad suos motus per principia mathematica ;
quod de mobilibus corruptibilibus dici non
potest. Et ideo secundum genus entium attri- 420
buitur mathematice ratione astrologie, tertium
uero remanet proprium soli naturali. Et sic
loquitur Ptolomeus.

< Articulus quartus >

Ad quartum sic proceditur : uidetur quod
scientia diuina non sit de rebus a motu et materia
separatis. Scientia enim diuina maxime uidetur
esse de Deo. Set ad Dei cognitionem peruenire
non possumus nisi per effectus uisibiles, qui sunt ;
in materia et motu constituti : Ro. 1 " Inuisibilia
enim ipsius " etc. Ergo scientia diuina non
abstracta a materia et motu.

2. Preterea. Illud cui aliquo modo motus
conuenit non est omnino a motu et materia 10
separatum. Set motus aliquo modo Deo conuenit ;
unde dicitur Sap. vii de spiritu sapientie quod est
mobilis et mobilior omnibus mobilibus, et Agus-
tinus dicit, VIII Super Genesim, quod Deus

A 379 ut] et A et om. A 387 circa] de rebus *præm.* pA 388 in *inter lin.* A 402 astrologus] -logus pA autem
mend. A 412 quamuis] entia enim *præm.* pA 418 suos ex m(otus) A mathematica] matheca A
9 Preterea] Preterea. ad scientiam diuinam pertinet non solum con (cf. *lin.* 19) *præm.* pA cui] q(uod) *præm.* pA 14 VIII...
Genesim] in marg. A

ω α = P¹⁰L¹V¹⁰Bo¹⁰ β = V¹⁰P¹⁰T¹⁰V¹⁰Bo¹⁰ 370 tres *post* scientiarum β 376 sicut] ut β 377 et om. β(-V¹⁰) 379 astrologia]
et *præm.* β 379 et huiusmodi] huiusmodi A om. β 382 est om. β(-V¹⁰P¹⁰) 383 est om. β(-P¹⁰Bo¹⁰) 385 proportionabiles A]
ex -nales in scrib. P¹⁰ proportionales *est.* 390 in quantum...sunt om. β 392 quia om. P¹⁰Bo¹⁰ β 395 secundum] per α 396 ideo]
et *præm.* β(-V¹⁰) 398 interdum] ante cum β(-V¹⁰Bo¹⁰) ante has Bo¹⁰ 399 eadem] eandem α(-Bo¹⁰sL¹) V¹⁰ eadem V¹⁰T¹⁰ 400 im-
mixte] mixte L¹V¹⁰ β (cf. *Præf.* p. 62) 401 naturalis probat *inv.* α 402 astrologus] astrologi β autem om. β 403 lunarium]
linearum Bo¹⁰ β(-sBo¹⁰) 408 mathematicus] -tica β 413 tribus om. α(-L¹) appropriari] uel applicari *add.* L¹ applicari β
415 metaphisicum] mathematicum L¹ β(-sBo¹⁰) 417 quantum] et *præm.* β(-Bo¹⁰sP¹⁰) 422-423 Et...Ptolomeus om. β
2 et materia om. β 5 non possumus] ante peruenire Bo¹⁰ non possunt ante peruenire *est.* β uisibiles] uisibilium V¹⁰ β 7 enim
ipsius A] om. α(-V¹⁰) dei V¹⁰ β 8 materia et motu] *inv.* β(-V¹⁰Bo¹⁰) motu et a materia Bo¹⁰ 9 Preterea] Item V¹⁰ β motus] *post*
conuenit L¹ ante aliquo β 11 Deo conuenit *inv.* L¹V¹⁰ Bo¹⁰ 12 dicitur] *post* vii β(-pBo¹⁰) om. pBo¹⁰ de...sapientie om. β
13 mobilis et om. β mobilibus] etc. *add.* α(-V¹⁰) 14 VIII...Genesim om. pA β (cf. *Præf.* p. 28)

401-403 sicut rotunditatem...eclipsium : cf. Arist. *De caelo* II 27-28 (297 a 8 - b 30). 405 Averroes *Super Phys.* II comm. 71 (ed. Venetiis 1562
f. 74 r). Cf. etiam Thomas *Super Phys.* II 11 (ed. Leon. t. 2 p. 88).

ART. 4. 1 uidetur quod... : cf. littera Boethii supra p. 69 lin. 77-78. 6 Rom. 1, 20. 12 Sap. 7, 22 et 24. 13 August. *De Gen.*
ad litt. VIII c.20 (PL 34, 388 ; CSEL 28-1 p. 259, 22).